

PER ILLUSTRI,  
GENEROSSIIMO ATQUE EXCEL-  
LENTISSIMO DOMINO,  
**D O M I N O**  
**CHRISTOPHORO**  
**DE KATTE,**  
POTENTISSIMO BORUSSORUM  
REGIA CONSILIIS SANCTIORIBUS,  
CAMERÆ RERUM BELLICARUM ATQUE  
DOMANIALIUM, QUÆ EST IN DU-  
CATU MAGDEBURGICO,  
PRÆSIDI EMINENTISSIMO,  
SUMMO CIVITATIS BURGI DIRE-  
CTORI, PRÆFECTURÆ KALBENSIS ET  
GOTTESGNADEN PRÆFECTO,  
HÆREDITARIO DOMINO  
IN SCHARLIPPE, ET CAMERN,  
**D O M I N O S U O**  
GRATIOSISSIMO,  
PERENNANTEM FELICITATEM.

PERRITIFERATR.  
GENITR. OSISIMO ATQVE EXCEP  
GENITR. OSISIMO BONINO.

D O M I N O  
C H R I S T O P H O R O

Э Т Т А Д Е К А Т Т Е

POTENTISSIMO DORRASSORI  
REGIA CONSILIISSIMA TRIBUNA  
COMITIUS REINHARDIUS TITULUS  
DUCALIS CIVITATIS LIPSIENSIS  
CATHERINA GRANVILLE

TRAJANI RUMINANTIA  
ETATIS AUREA  
GLOBOVITRUM  
CONFIDENCEM  
TUTAM

О И М О Д М И Н О  
Н Е В С Т А Т І Й

D O M I N O S U O  
C R A T I O S I S S I M O

PERRINIANTEM FELICITATEM

VIR PERILLUSTRIS,  
GENEROSISSIME, EXCEL-  
LENTISSIME,  
MÆCENAS GRATIOSISSIME!



*Uamprimum felicissi-  
ma illa mibi inluxit  
hora, ut TIBI,  
VIR PERIL-  
LUSTRIS! pri-  
mum Devotionis  
meæ testimonium offerre possem, ex vultu  
Tuo gratioſo tanta eluxit Clementia, non  
modo in meam tenuitatem, sed in Rem*

litterariam propensa, ut animum meum,  
antea jam Tibi devinctissimum, mirifice  
caperet, simulque in Tui obsequium rape-  
ret totum. Neque decrevit tempore hæc  
Tua gratiosa propensio: increbuit potius  
de die in diem; de qua publice testatur  
ardentissimum Tuum desiderium, quo de  
Studio Medico, ejusque haud infima parte,  
Anatomico, optime merendi, flagrasti, in  
eo Honoris, Tuique Nominis Perillustris  
haud minimam partem reponens, quod sub  
Tuo tutamine & moderamine, ad Manda-  
tum Invictissimi REGIS, Domini Nostri  
longe Clementissimi ac Indulgentissimi,  
Facultati Medicæ, pro amplificando Studio  
anatomico, quod Regia Clementia curæ  
meæ, meoque labori concredidit, locus  
publi-

publicus pro exstruendo Theatro Anatomo-  
mico publice concederetur, primaque fun-  
damenta illustrioris hujus studii, in Alma  
Fridericiana ad invidiam usque celebri,  
Tua gratioſa, nec unquam satis exoscu-  
landa manu, ponerentur.

Publicum hoc est Beneficium, in pu-  
blicum bonum manifestissime redundans,  
quod publicas etiam optimo jure exposcit  
grates. Nunc enim DEO adſtente,  
REGE Indulgentissimo favente, TE ul-  
terius, (uti conſtanter confido) patroci-  
nante, nunquam occasio deerit in Academ-  
ia noſtra, Juvenes boni nominis, optimæ  
ſpei, ad ſtudium Artis ſalutaris alliciendi,  
in illo funditus instruendi ac erudiendi,  
ut veris principiis ac fundamentis imbuti

ultra Vulgum Medicorum, (qui Anatomen ut plurimum contemtui habere suevit) sapere, longeque uberiore fructu Patriæ, ubicunque demum illa fuerit, olim inseruire valeant.

Nec credere desinas, Mæcenas Excel lentissime! tot Medicos, quotquot abhinc futuris temporibus sunt discessuri, post DEUM, & REGEM, Tibi perpetuum atque æternum Gratitudinis monumen tum, in mentibus suis exstructuros, tot que Perillustris Tui Nominis præcones futuros esse, qui Tua in Rempublicam me dicam nostram præclara Merita æternis laudibus per orbem extollere summo ardore studebunt.

Mearum vero partium est, ut Facultatis

tatis Medicæ, & proprio nomine, devin-  
ctissimæ Tibi publice persolvam grates, &  
devotionem, qua Tibi obstrictus vivo, pu-  
blice contester.

Non defuit Mibi unquam Mens grata,  
nec defuit Voluntas, sed defecit Occasio  
prompta, qua debitum solvere potuissim,  
quam nunc fronte capillata arripi.

Accipe, Mæcenas Gratiissime! grati-  
tudinis & obstrictissimæ mentis Tesseram,  
munusculo papyraceo inclusam, sub præ-  
sente Tractatulo Medico - Pathologico,  
quem in Auditorii privati usum ac com-  
modum concinnatum atque conscriptum,  
Nomini Tuo Perillustri sacrum esse volui.

Ne irascaris Vir Generissime, Ex-  
cellentissime, ob muneric oblati levita-

tem, sed mentem sinceram, frontemque  
serenam, qua Tibi offertur, intuearis de-  
votissime precor: nec illi Favorem Tuum  
ullo modo ac tempore substrahi permittas,  
qui summo ardore, quousque pectus cali-  
dum hunc spiritum trahet, inde sinenter  
manebit,

VIR PERILLVSTRIS,  
GENEROSSISSIME , EXCEL-  
LENTISSIME!

TVÆ PERSONÆ, TVIQVE NOMINIS

Dabam in Frideri-  
ciana,  
D. XXIV. Septembris.  
M DCC XXVII.

*Obsequiofissimus Cultor,*

GEORGIUS DANIEL COSCHWITZ,  
M. D. P. P. O.

PRÆFA-